

C E L S I S S I M O S
C O M I T E S
A C D O M I N O S
A L T O R E S C L E M E N T I S S I M O S

S V M M E
V E N E R A B I L E S C V R A T O R E S
A C M A E C E N A T E S
B E N I G N I S S I M O S D O C T O R E S F A V T O R E S A M I C O S
O M N E S D E N I Q V E B O N O S

A D P U B L I C A M

I L L V S T R I S R V T H E N E I
P I E T A T E M
S V B I N I T I V M A N N I C I D I C C L I .
T E S T I F I C A N D A M

I N V I T A T

D E A N N O G R A E C O R V M
B R E V I T E R C O M M E N T A T V S
I O . G O T T F R . H A V P T M A N N .

G E R A E

E X C V D . I O . G E . S C H R A D E R V S C E L S I S S . A V L A E
C H A L C O G R A P H V S .



Diuersa temporis definiendi ratio, a natura pendet, ab arte, a consuetudine, cui singulare forte quidquam occasionem dedit, ab errore, et ab aliis momentis. Nec mirum; si, pariter apud Graecos, conditio diuersa fuit, omnes illas caussas varietatis secuta. Prisci constituerunt annum, ad lunae cursum. Quoniam vero sentiebatur ad solem simul accommodationem expedire: Thales Milesius annorum aliquem circulum excogitauit, quo lunae motus solari conciliaretur; nisi antiquior fuit, quam *H VETIVS* ^{a)} inter sacerdotum mysteria refert, comparatio. Nam infirmo hic non pauca tali consistunt: id quod iam ostendere meminimus, in commentatione, *de variis annorum, apud antiquas gentes, dimensionibus atque divisionibus*; quam dum adpellamus, multis nunc verbis parcere possumus, cramben bis coctam fastidientes. Ad supplementa vero pertinet, quod Meton, Athenis columnas quasdam erigendas curarit, iisdemque vndeuiiginti annorum circulos suos designarit, quibus elapsis, astrorum, solis nominatim ac lunae, cursum coniungi putabat. Veteres enim, quidquid ipsis scitu dignum ad posteritatem videbatur, aeneis lapideisue tabulis inscriptum, suspendere solebant: idque sunt qui, a Sethi, quem primum habent astrorum spectatorem, et firmatis et deiectis, columnis, deriuare laborant. ^{b)} Sic Oenopides ille Chius, astrorum exercitatus contemplator, cum aeneam in Olympiis tabulam consecraret, LVIII. annorum ambitum, quem annum esse magnum credebat, in eadem delineauit. ^{c)} Non autem hi soli sunt annorum apud Graecos circuli: plurimos vel unus adfert *CENSORIVS*. ^{d)} In primis hoc pertinet *οὐαστηνής*, quem circuitum verum annum magnum esse, pleraque Graeciā quondam existimauit: quamquam variis modis intercalarunt varii, Mnesistratus, Harpalus, Nauteles, Dositheus ceterique. Ob id etiam multae Graecorum religiones, hoc interuallo temporis, sollemni ritu, peragebantur. Ita Delphis quondam Pythia, post octauum quemlibet annum, consecra dicuntur. Huius modi Graecorum annorum ad circulos, de solemnibus ludis pendentes, dum accedimus: nouas delabimur in difficultates, quas, haudquaquam ineptus iudex, EDWARDVS CORSI-
NVS

a) *in demonstr. euang.* Prop. VIII. c. 8. §. 10. p. 674. ed. Amst. 1630. — b) IO-
SEPH. ant. Iud. I, 3. — c) AEL. V. H X, 7. — d) *de die nat.* c 18.

NVS^{c)} dirimere studuit. Pythiorum mentionem fecimus, e CENSORINI mente, octauum ad annum relatorum. Hoc prisca factum est aetate: mox autem ad quinquennium referebantur; cum ceteri Amphictyonum duces Cirrhaeorum reliquos superassent, ac ludos illos instaurassent. Breuius erat Nemeorum tempus, alternis annis ita peractorum, ut hiberna quidem in medios secundos, aestiu vero in quartos ineuntes, Olympiadum annos, inciderent.^{f)} Licet eadem, Olympiade LIII., proxime post Pythia, instaurarentur: ipsae tamen Nemeades, non nisi post Olympiadem LXV., Pindaro iam viuente, numerari coeperunt.^{g)} Isthmiadas porro, non annuas, ut SVIDAS,^{h)} aut quinquennales, ut AVSONIVSⁱ⁾ et PLINIVS^{k)} putarunt, fuisse, sed biennii tempus continuisse, PINDARVM aliosque scriptores adpellans,^{j)} ostendit CORSINV. Nimurum, quod et SCALIGER, PETAVIVS AC DODVELLVIS adserunt, primis semper ac tertiiis Olympiadum annis, instituebantur. Omnium denique ludorum celebritatem, splendore numerandique consuetudine, superarunt Olympii.^{m)} Numerari vero coeperunt iidem, ex quo instaurauit Iphitus: ac singulatim, ex quo, post XXVIII. Olympiadum ab Iphitica spatium, quod PHLEGONTIS confirmat testimonium, Corraebus Eleus palmam retulit, anno P. I. 3942. vel A. M. 3178. ante V. C. XXIIII. a. C. n. IoCCLXXIIII. Habebantur autem Olympia perpetuo, post aestatis initium, quod, pluribus certisque veterum documentis, laudati triumiriⁿ⁾ demonstrarunt. Et, hoc pariter factum est, dum Graeci iam solares Romanorum menses adhibuerunt: vnde, STATII tempore peracta, medio Iulio, luculenter designat DODVELLVIS. Antea lunam sequutos esse Graecos, vel inde constat; quod eo menses, et omnia tempora festa, solebant accommodari. Celebrabantur in primis, cum plena foret, ut aperte docet PINDARVS.^{o)} Quam diu vero πενταετηρίδ' ἐορτὰ, quod is nomen tribuit, continuarint, haud est penitus exploratum. AFRICANVS,
2 Olym-

c) in dissertatt. IIII. agonisticis, quibus Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum atque Isthmiorum tempus inquiritur ac demonstratur, Florentiae 1747. 4. mai. f) PAV-
SAN. Eliac. II, 16. Corinb. c. 15. IVLIANVS Caesar in epist. pro Argivis, interpres
Pindari in Argum. II. et V. Nem. STATIVS Thebaid. IIII, 722. VII, 94. g) argum.
ad Nem. VII. Pindari. h) in Nέα. i) in eclog. n. 388. k) IIII, 5. l) PINDAR.
Nem. VI, 69. interpres ad Isthm. I. STATIVS Theb. IIII. et VII. m) PIND. Ol.
I, 5. sqq. n) SCALIGER de emend. temp. L. IIII. p. 242. PETAV. dothr. temp.
VIII, 48. DODV. diff. IIII. sect. 14. o) Ol. III, 35. 90.

Olympiadum contexendarum seriēm, ad annum Christi CC
XXXVIII., quo viuebat, perduxit: plures addidit CENSORINVS.
Ut et IULIANVS, in epistola pro Argiviis, eius modi Graecorum ludos,
adhuc suo tempore, πολιθρευλλήτους extitisse, memorat: sublatos
autem esse, Theodosii senioris anno postremo, siue N. S. CCC
LXXXV. Olymp. CC LXXXIII., narrant THEOPHANES atque
CEDRENVS. Sed ad annos reuertimur, quorum erat varium apud
varios initium. Ab ineunte vere, siue Pleiadum ortu, coeperunt
Achaei, nec minus Macedones; ab auctumno, Boeoti, Lacones, Ae-
toli; a bruma Thebani et alii; quos inter ipsi Athenies fuerunt,
qui, ante Olympiadem LXXXVII., a Gamelionis Attici noua luna,
quae proxime brumam sequebatur, annos inchoarunt. Tunc autem,
qui circulos annorum excogitarat, Meton, ad θερινὰς τεσσαράς, siue sol-
stitium aestivum proxime sequentem lunam nouam, transtulit; id-
que cum Elidensibus praesertim commune fuit Atticis. Idem, ab
Archontibus, ut Lacones a tribunis, annos cognominarunt. Omnes
autem diuiserunt in suos menses; Attici praeterea decem in πεντα-
ετίας: quod ex decem tribubus, in quas erat populus seiunctus, quin-
genti deligerentur, quinquaginta scilicet ex singulis, qui per vices
praerant, senatus eminentioris ad nutum intenti. Menses erant
Θερινοὶ, ἵππωριοὶ, χειμερινοὶ, ἐπιγειοὶ, quibus quatuor anni temporibus ὥραια
celebrabant: nec minus, alternis vicibus, vel XXX. dierum πλήρεις,
τριακονθήμεροι, ή δεκαφθηνοὶ, vel XXVIII. κοῦλοι et ἑνάφθηνοι. Vulgo
tres in dierum decurias dispescabantur, μῆνος ισταμένου, μεσοῦντος vel
ἐπίδεκα, et φθίνοντος, ἀπίστοτος, πανορένου seu λήγοντος. Apud Atticos
nomina fuerunt, Ἐκατομβαιῶν, quod sol hecatombaeus diceretur, aut a
pluribus, quae tunc immolabantur hecatombis, antea κέδνιος, XXX. die-
rum, incipiens a luna post initium aestatis noua: Μεταγειτνιῶν, quo
sacra faciebant, Atticae populus, Melitenses, qui Diomea commigrar-
rant, Apollini Metagitnio: Βοηδομίῶν, quo Βοηδομία tempus festum
celebrabatur, in memoriam opis, quam Xuthus tulisse dicitur Athe-
niensisibus, ab Eumolpo Neptuni filio pressis, aut ob victoriam Thesei
de Amazonibus: η πνανεψιῶν, cuius die septimo πνανέψια celebrabant
Apollini, coquentesque legumina, memoriam Thesei, patre defuncto,
communes epulas populo praebentis, instaurabant: Μαιμαντηῖῶν,
quo Ioui Μαιμαντηῖ seu turbulento, cum mensis vulgo pluuius esset,
sacra

sacra fiebant, ab aliis praepositus: ποσειδεών, quo maximae causae diiudicabantur, in foro, Neptuni cum Minerua liti non dissimiles: adiungebatur subinde ἐμβολιαῖος mensis, ποσειδεών δεύτερος: Γαμπλιῶν, quo γαμήλια Iunonis celebrabantur, hibernus mensis; Αποιλῶν, aut Δημᾶς quoque dictus, quod brumalia Dionysia vel Ambrosia, clamorum auctori Baccho, tunc temporis consecrarent, et rustica et urbana: ^{r)} Ἀνθεστηριῶν, ab Anthesteris Baccho sacris, vel ab ἀνθοῖς, quod campi floribus orbi: Ἐλαφιβολιῶν, quod abiicerent cornua cerui, vel immolarentur Diana: Μουρυχιῶν, quo et Munychiae, seu Diana, sic dictae, quoniam μούνη νύχει luna regnet, sacrificabant, in adulationem Demetrii, Δημητριῶν vocabatur: Θαρυγλιῶν, quo, Θαρυγλίοις in ollis, primitiae circumferri solebant, in Apollinis ac Mineruae sacris, tempore Graecis auspiciatissimo: Σκύρροφοιων, ἀπὸ τῆς σκύρρας Ἀθηνᾶς, cuius in honorem, κανονίαι, sollemni pompa, gestabantur; quae et tunc, συληγα dictae, ad arcendum solis ardorem, adhiberi coeperunt. Lacedaemoniorum menses, neque nominibus neque diebus, omnino cum ipsis consenserunt. Patet hoc vel ex uno την ΚΥΔΙΔΙΣ loco, V, 19. ubi, de foedere inter utrumque populum inito: Ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν ἔφασις Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτη Φθίνοντος. ἐν δὲ Ἀθηνais ἄρχων Ἀλκαιός, Ἐλαφιβολιῶν μηνὸς ἔκτη Φθίνοντος. Idem IIII, 119. eum proxime antecedentis, γεραιστίου meminit, qui γεραιστιῶν, vocabatur apud Trozenios; ut et καρνείου V, 54. quem ad locum obseruat explicator: τοῦ γὰρ καρνείου πολλὰς ἔχοντος ιερὰς ἡμέρας, ἢ καὶ πάσας ιερὰς μᾶλλον, ὅντες ἐστρατεύοντο; PLUTARCHVS autem in Nicia, ^{s)} cum Atheniensium Metagitnione confert. Ab ΗΕΣΥΧΙΟ nominatur Ἑπατομβένες, quo ἕπανθιδια et, ut videtur, Ἑπατομβᾶνa celebrabantur, proximo ante καρνεῖον. STEPHANVS denique, cum Aprili vulgo consentientem, seu potius, quo terrae fructus esse maturos contingebat, φλιάσιον vocat, in φλιών. Reliquorum equidem nomina legere non memini. Macedonicorum contra quaelibet exstant. Sunt eadem, εανθιδες, Martius partim noster, partim Aprilis, quo εανθιδα, pro exercitus lustratione, celebrabantur: ^{t)} Ἀρτεμισίος, a Diana dictus: Δεύτιος, quem Δέσιον ΣΩΙΔΑΣ, PLUTARCHVS Δάσιον appellavit: πάνερος, cuius duodecima die, quod explicator Pindari ad-

r) IO. TZETZES ἔξηγησ. in L. II. ἐργαν Hesiodi X, 502. s) p. 541. conf. EYRIP. in Alcest. v. 448. ibique BARNEVIAS ET MEURSII Graecia feriata in Carnetia.

t) RADERVS ad Curtii X, 9, 12.

ferit, Nemea celebrabantur, quibus Arguii praesidebant, quamuis Panemum Corinthium, Loo Macedonum respondentem, in Nemeis intelligat CORSINVS p. 72. sqq.: *λάθος*, de quo Philippus rex, in ep. ad Peloponn. ap. DEMOSTHENEM de corona: *μηνὸς λάθου ὡς ἡμέες ἀγομεν*, *ὡς δὲ Ἀθηναῖος βοηθομιῶνος*, *ὡς δὲ κορίνθιοι πανέμου*: *Γορπιαῖος*, quem cum *Ἄβι Ebuaeorum confert HESYCHIVS*, ad Elul potius pertinentem: *τηρερβερτῖος*, Syro-Macedonum vltimus mensis: *δῖος* auctumnalium primus: *Ἀπελλαῖος*, quem Apilaeum male vocant RABANVS ac BEDA: *Αυδινᾶιος*, quem iidem, non accuratius, Eudy-nion: *Περιττῖος*, apud GALENUM, haud aequa bene, *πέρατος*: denique *Δύστερος*. Eumdem ordinem mensium, ac nominum rationem, licet non vbiuis eodem tempore recurrentium, adhibuerunt Ephesii, Per-gameni, Antiocheni, Gazaei, Smyrnaei, Tyrii, Achiae, Lycii, Sidonii, Arabes aliique.^{u)} Nos autem hic pedem, in diuersitatis modos, immittere nolumus: omnia quippe dubia, praesertim ob anni lunaris varietatem, inuenimus, ac lubrico fundamento male consistimus. Aequa, reliquorum de nominibus, vt folia Sibyllae, colligendis, tria solum verba notamus. Inter Cretensium menses, *Δρομῆιος*, in *marnmore Arundeliano*, *Μετάρχιος*, Ianuario respondens, in fragmento Saus-liano, apud VSSERIUM de anno Macedonum, occurrit. Inter Thebanorum ac Boeotiorum, singulos triginta dierum, sunt *Βουκάτιος* se-ptember, primus mensis, *Ἐρυάῖος* october, *προστατήριος* nouember, *πιποδέρμιος* Martius, *πάνεμος* Aprilis, *Δαμάτειος* Iunius, *Ἀλακομένιος*, aliquatenus cum Atheniensium Maemacterione conferendus. Inter Delphiensium, restant *Βούσιος* vernus, quo Pythia celebrabantur, et *Ἡδαῖλειος*: inter Corinthiorum, *Καρνέιος*, (quo titulo Siculis quoque mensis erat) et iam memoratus *πάνεμος*. Paphiorum mensium no-mina supersunt omnium, sed recentiora, nec nisi sub imperatoribus inuecta: *ἰούλιος* aut *ἰοῦλος* a XXIII. decembris incipiens, *καισάριος*, *Σεβαστὸς*, *Αὐτοκρατορίκος*, *Δημαρχεῖάτιος*, *Πληθύτατος*, *Αρχιερεὺς*, *Ἐσθῖος*, *Ρωμαῖος*, *Αφροδίσιος*, *Ἀπογούνιος*, *Αινικός*.^{x)} Hodieinis denique Graecis Romani sunt menses, tituli autem *Γεννάριονηνας*, *Φλεβάρης*, *ὁ Μάρτιος*, *Ἀπρίλιος*, *Μάϊος*, *Ἰούνιος*, *Θεριστῆς*, *Αόγυουστος*, *Σεπτέμβης* aut *Σεπτεβῆς*, *Οκτώβης*, *Νοέμβης*, *Δεκέμβης*. Sed, ad dies properamus. Erat quisque dies, vel *ἐργάσιμος*, vel *ἴσορτάσιμος*, vel *ἀποφράσ*, *ἐπίθεδα* seu *μετέορτος*, ferias sequens, nefastus. Prima cuiusque mensis dies *Νομηνία* dicebatur; extrema *ἔνη καὶ νέα* quasi vetus et noua, quod tunc mensis renouabatur;

u) FABRIC. menol. p. 43 - 48 x) FABR. l. c. p. 49 - 65.

batur; post Demetrii vero Poliorcetae tempora, Δημητρίας, ab eodem, nominabatur. Ultimos quoque dies, simul per regressum, indicarunt e. g. XXI. δεκάτην φθίνοντος, aut περιήντην ἐπὶ εἰνάδι, XXVIII. δευτέραν φθίνοντος, aut ἐννάτην ἐπὶ εἰνάδι. Porro cuiusque mensis νεομηνία cibi consecrabantur, epulis ac precibus festis; tertio die Mineruae sacra siebant; quarto Mercurii natalis celebrabatur; septimo, Apollini dicato, concedebatur otium ac pueris lusus, vti sequens Neptuno sacer erat, apud Athenienses. Reliqua tempora festa plurima fuerunt, sic vt, eorum numerum ad trecenta surrexisse, dicant: quem ad modum Atheniensibus, duplo plura, quam aliis tribuit XENOPHON. Sunt inter eadem, praeter menstrua, quae iam diximus, semel tantum celebranda, vel post certum annorum numerum, vel singulis annis, reuersa. Postremi generis, ad fastos praecepue nostros pertinentis, aut exploratum tempus habemus, aut minus. Quorum sollemnium definire dies, aut certe menses, possumus, pro numinum, quibus dedicabantur, diueritate, denuo dividuntur. Nos autem modo mensium apud Atticos seriem obseruabimus, selecta quaedam nominaturi. Hecatombacone redibant Panathenaea maiora et minora. Metagitnione, seu Laconum Carneo, per nouem a septimo dies, Apollini καρνῖα, certaminibus et conuiuiis, habebant Spartani; XVII. autem Ασινάδια Syracusani, cum, ad Asinarum flumen, Niciam, Atheniensium ducem, profligassent. Eadem circa tempora, mense Delphinio suo, γ) Aeginetae Delphinio Apollini consecrabant υδροφόρεια. Pyanepsonis, seu Thebanorum Hermaei, noua luna celebrari solebant, ab Argiuis, υθειστικὰ, Telesillac propter egregium factum, in honorem simul Veneris aut Lunae: die decimo incidebant Oscophoria seu Ramalia: decimo quarto, δεσμοφόρεια transigebant feminae, post trium antea dierum abstinentiam, dum Ἀνοδὸς vndeclimo, quem ad modum decimo quinto Ἀγυρμὸν, sexto χαμαι παθήμενα in templo ieunium, septimo, sollemnibus in processionibus, acclamations: χαῖρε Δημήτη! duodecimo τὴν τῶν λαυρίδων ἡμέραν, Iacchi cultum vndeicesimo, certamen Eleusinum sequente, temporis festi penultimo ἐπιδάνεια, in Aesculapii gratiam, extremo demum πλημοχόνιον habebant. Die mensis XXII., erant ἀπατούρεια, tres per dies, quorum δορπία primus, alter αινάρρουσις, ultimus κουρεωτις: Χαλεῖα, vero, sub finem mensis, Mineruae dedicabantur. Maemacterionis die XVI. ἐλευθήρεια; sequenti, contra Persas

γ) explanator Pindari ad Nem. V, 82. MENAG. ad Laert. p. 18.

GK Thm 719

X 388 1225

Persas in pugna defunctorum, parentatio. Posideone, praeter Posidonia, propter Palladis ac Neptuni certamen, erant Athenis Ἀλώα, Cereris Ἀλώαδος, et Alcyonii dies: Anthesterione, praeter Ἐλευσίνια μικρὰ Herculis, die V. Αγάτεια vel Σωτήρια et XI. Αὐθεστήρια seu Bacchanalia, quorum primus dies πιθούια, alter χόες, tertius χύτροι; Elaphebolionis die VIII. apud Atticos Asclepia 2); Munychionis die XVIII. Diaxia; Thargelionis die VI. ac sequenti Θαργηλία sacraque Cereris τῆς χλόης, die XVIII. Βενδίδεια Diana: denique Scrophorionis die XII. Σκέπαι Mineruae Σκέπαδος. Porro νυχθύμεον a vespera coeperunt Athenienses: noctem vero prius in tres, hinc in quatuor, φυλακάς diuiserunt. Erant illae μεσονύκτιοι seu ἀμολγός, ἀλεντρυφανία, ὑπὸ τὸν φόνον ὄρνιθαν, et ὑπὸ τὸ λυκανυτές. Diei totidem partes * erant πρωΐ, vel ὥρθεος vel ἔως, μεσημβρία, δειλινός καιρός, et ἐσπέρα vel ὄψε. Tempus antemeridianum adpellarunt etiam πληθυνούσης ἀγράπας, quod tunc iudicia et comicia celebrabantur; meridianum, ὥραν δεῖπνου; vespertinum, βουλυτὸν, quo boues a iugo soluebantur. Horas pariter admiserunt dierum singulorum duodecim. Istaec omnia fusius exponere possemus, ac testimoniis confirmare: ni spatium prohiberet, ac maiora nos adlicerent. Dimidio quippe saeculo feliciter superato, quinquagesimus primus annus, haud sine faustis omnibus, incipitur. Tempus illud monet nos de officio nostro, ardentissimis gratiarum actionibus piisque precibus, persoluendo. Prodibunt igitur, illustris Ruthenei titulo, quatuor adolescentes, vel ob id ipsum, commendationibus nostris dignissimi,

AVGVSTVS CONRAD BVTTSTETT, Osteroda-Hannou.
qui, ludis Graecorum or. Lat. consideratis, indidem occasionem repetet, DEO, DOMINIS, CVRATORIBVS, DOCTORIBVS, PATRONIS, mentem addictissimam gratissimamque, significandi

CAROLVS GOTTFR. FVHRMANN, Geranus,
qui tempora, Ioui quondam inter Graecos sacra, demississimis gratulationibus,
CELSISSIMOS COMITES ET ALTORES nostros, humiliter salutaturus,
accommodabat, or. Lat.

IO. FRIDER. SCHUBERT, Cizenfis,
qui, Graecorum festos Apollini dies persecutus, SVMME VENERANDIS
CVRATORIBVS, MAECENATIBVS, PATRONIS, quidquid est sui
muneris, persoluerit, or. Lat.

et IO. CHRISTOPH. SEILER, Geranus,
qui, Minernae consecratis in Graecia diebus, votisque pro docentium ac discen-
tium salute conceptis, orationem Graecam dedicauit.

Non miscabit antiquitas, quod eloquentia contemnat. In primis autem, ni fallimur, digna pietas erit, cui, CLEMENTISSIMI DOMINI, EMINENTISSIMI CVRATORES AC MAECENATES, SVSPICIENDI DOCTORES, PATRONI, FAVTORES, QVILIBET demum BONI, demississimis, maximis, obseruantissimis precibus loco concessio, prid. non. Ian. hora XI., gratiam adhibeant, indulgentiam, praesentiam, confessionem. P. P. Gerac postrid. cal. Ian. CIC 10CC LI.

2) CORSINI fusi Attici diff. III. n. 24. et XIII. * conf. vero etiam POLLUX I, 7, 6. sqq.



n. 1

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

CELSISSIMOS

MITES
DOMINOS

CLEMENTISSIMOS

S V M M E

ILES CVRATORES
MAECENATES

DOCTORES FAVTORES AMICOS
ES DENIQUE BONOS

AD PVBLICAM

RIS RVTHENEI

PIETATEM

VM ANNI CIC CI CC LI.

TESTIFICANDAM

INVITAT
O GRAECORVM

VITER COMMENTATVS

F. FR. HAVPTMANN.

GERAE

E, SCHRADERVS CELSISS. AVLAE
CHALCOGRAPHVS.

